

Reces Unio-
nissimas

§.2. Cum autem, sicut eadem expositio sub-
jungebat, dicti Exponentes Statuta hujusmodi
quo firmius subsistant, & serventur exactius A-
postolica confirmationis nostrae patrocinio com-
muniri summopere desiderent. Nos specialem
ipsis Exponentibus gratiam facere volentes, &
eorum singulares personas a quibusvis excom-
municationis, suspensionis, & interdicti, aliis-
que Ecclesiasticis sententiis, censuris, & poenis,
a jure, vel ab homine quavis occasione, vel cau-
sa latis, si quibus quomodolibet inmodata exi-
sunt, ad effectum presentium dumtaxat conse-
quendum harum serie absolventes, & absolu-
tas fore censentes, supplicationibus eorum no-
mine Nobis super hoc humiliter porrectis incli-
nati, omnia, & singula Statuta praefertim au-
thoritate Apostolica tenore presentium confir-
mamus, & approbamus, illisque inviolabilis
Apostolicae firmitatis robur adjicimus, ac om-
nes, & singulos juris, & facti defectus, si qui de-
super quomodolibet intervenerint supplemus.

Confirmatio
relatiu Scia-
morum

Clausula

§.3. Decernentes, easdem praesentes literas,
& statuta praefertim, semper firma, valida, &
efficacia existere, & fore, suosque plenarios, &
integros effectus sortiri, & obtinere, ac illis, ad
quos spectat, & pro tempore quodcumque
spectabit, in omnibus, & per omnia plenissime
suifragari, & ab eis respective inviolabiliter ob-
servari: sicque, & non aliter in praemissis per
quoscumque Judices Ordinarios, & Delega-
tos, etiam Causarum Palatii Apostolici Audito-
res, ac Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales
sublata eis, & eorum cuilibet quavis aliter ju-
dicandi, & interpretandi facultate, & auctori-
tate judicari, & definiti debere; ac irritum, &
inane, si secus super his a quoquam quavis au-
thoritate scienter, vel ignoranter contigerit at-
tentari.

§.4. Non obstantibus Constitutionibus, &
Ornamentibus Apostolicis, ac quatenus opus
sit dicte Urbis, nec non Universitatis, & Col-
legii praefatorum, aliisque quibusvis, etiam ju-
ramento, confirmatione Apostolica, vel quavis
firmitate alia roboratis statutis, & consuetudinibus;
privilegiis quoque, indultis, & literis Apo-
stolicis in contrarium praemissorum quomodolibet
concessis, confirmatis, & innovatis. Qui-
bus omnibus, & singulis, illorum tenores praesentibus
pro plene, & sufficienter expressis, ac
de verbo ad verbum insertis habentes, illis alias
in suo robore permanentibus ad praemissorum effe-
ctum hac vice dumtaxat specialiter, & expresse
derogamus, ceterisque contrariis quibuscumque.

§.5. Volumus autem, ut earundem praesen-
tium Literarum transumptis, seu exemplis, etiam
impressis, manu alicujus Notarii publici sub-
scriptis, & sigillo personae in Ecclesiastica di-
gnitate constitutae munitis, eadem prorsus fides
tam in Judicio, quam extra illud habeatur,
quae haberetur ipsis praesentibus si forent exhibi-
ta, vel ostensa.

Datum Romae apud Sanctum Petrum sub
Annulo Piscatoris die XII. Maji MDCCXII.
Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

CLXIX.

Die 13 Maji
1713. An. 12.

Promulgatur Canonizatio S. Pii V. Ordinis Fra-
trum Praedicatorum, una cum Indulgentia
in ejus Festo.

Constit. ed. 1710, Mar. 26, P. 10 confirmatus fuit
cultus B. Luciae de Narnia. Et Constit. ed. 1713
Jan. 13, P. 13 conceditur Indulgentia plen. perp.
in festo B. Pii, Bened. XIII vero Const. ed. 1726,
Dec. 10, P. 3 est de S. Agnete de Monte Politia-
no. Et Const. sequenti promulgatur Canonizatio
S. Andreae Avellini.

CLEMENS EPISCOPUS

SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

Inter multiplices tribulationes, quae invene-
runt nos nimis, clementissimus Deus, qui
non continet in ira misericordias suas, visitavit
Populum suum in pace, & de caelestium charita-
tum abundantia, quibus locupletavit Electos
suos, velut ab ubertate domus suae, replevit
Nos gaudio, atque in tantis periculis constitu-
tos novis subsidiis instruxit, & confirmavit. Enim
vero egregia Sanctorum Virorum facinora, tam-
met si magnalia Dei potissimum, ejusque poten-
tiam loquantur, & praedicent, qui ex humanae
naturae figmento vasa misericordiae nostrae con-
flare dignatur, ut per infirma Mundi fortia que-
que confundat; ipsa tamen immensa Dei boni-
tas, artifex ad salutem, in paucorum trium-
phis plurimorum commodis prospicit, & virtu-
tem praecedentium instructionem efficit posse-
rorum: ut nimirum, qui viderint fragiles ho-
mines, eadem generis infirmitate circumdatos,
in carne supra carnem vixisse, & per fidem ope-
rantes justitiam, adeptos esse repromissiones, pari
Religionis ardore excitentur ad pugnam, ac
nitantur ad coronam: Eorumque intuentis exitum
conversacionis, imitentur & fidem; Simul
etiam, ne quis certantibus dissidentiae torpor ob-
repat, in ipsis Servorum suorum operibus, in
quibus proponit imitationis exemplum, imbeci-
llitati nostrae praesidium parat, eorumque me-
rita nostra vult esse suffragia. Tantas profecto
sui in nos amoris divitias uberrime effudit Do-
minus, cum dedit nobis de Pii V. Romani Pon-
tificis Praedecessoris nostri virtutibus, ac meri-
tis letari, & exultare. Cui enim dedit Sacerdo-
tium Magnum, ut haberet laudem in nomine
ipsius, & quem induit virtute ex alto, ut pra-
lia Domini, & virtute irrumperet iniquitates,
factus in columnam ferream, & in murum
aereum pro domo Dei; eundem etiam transla-
tum de hoc saeculo, & signis admirabilibus illustra-
tum posuit in lucem, ac letitiam Populi sui, quem
provocaret exemplis, ac foveret auxiliis.

Proceris ex
Dei bonitate
erga nos, quae
maxime elu-
cet in Sanctis
suis.

De providen-
tia, ut inter
praesentes ca-
lanitates. B.
Pius Sancto-
rum factis ad-
scribitur, cu-
jus virtutes
imitari Epil-
copi debent.

§.1. Nos igitur, quos in hac sublimi Aposto-
latus specula constituit Dominus, ut annuncie-
mus Populis mirabilia ejus, atque ad currendam
viam mandatorum ipsius, Christi fidelium ani-
mos excitemus, officii nostri esse duximus, ut
eundem Pium Quintum, quem Nos divina
fruentem in Coelis Beatitate jam pridem coleba-
mus, in terris etiam, autoritate Nobis a Do-
mino tradita, Sanctorum factis solemniter ad-
scriberemus; atque ita universa Christi Eccle-
sia inter pia gaudia Deum praedicaret mirabi-
lem in Sanctis suis, tantaque pietatis incitamen-
to, ac tutela proficeret. Neque enim fide pec-
culiari divinae Providentiae consilio contigit
arbitramur, ut eo plane tempore, quo Ortho-
doxae

doxae Religioni tot ab ejus hostibus undequaque
struuntur insidiae: quo Sacrorum Canonum fa-
lutaris norma tam impudenter contemnitur:
quo turbulenti homines continua novitatum
pruriginem laborantes damnatos dudum errores
subdolis artibus instaurare conantur: quo abun-
dante nequitia Christiani Populi charitas pluri-
mum refrigerat: quo saeculi Potestates nova in
dies vulnera Ecclesiasticae libertati inerre mo-
liuntur: quo demum suprema haec Beati Petri
Sedes tot contumeliis, & injuriis palam afficitur:
Is Pontifex in Sanctorum album referretur,
adeoque Nostrae non minus, quam Episco-
porum omnium imitationi proponeretur, in
quo fuit Religionis propagandae perpetuum stu-
dium, in Ecclesiastica disciplina restituenda in-
defessus labor, in extirpandis erroribus assidua
vigilantia, in sublevandis egentium necessita-
tibus indeficiens beneficentia, in Sedis Aposto-
lice juribus vindicandis robur invictum. Sed
praestat jam his nostris Literis virtutum ipsius,
vitaque rationem enucleate referre, ut tanto-
rum meritorum memoria Apostolici etiam Mi-
nisterii nostri praefatio, ac testimonio propa-
getur.

Vita B. Pii.

B. Pius anno
1704, de no-
bili Profugia
ortus, & Mi-
chael in bap-
tismate ap-
pellatur.

Decimoquar-
to aetatis an-
no Ordinem
Praedicatorum
ingreditur.

Lectoris, Prio-
ris, & Diffini-
toris muni-
bus fungitur.

Fidei Quae-
stor apud No-
vocomen-
& deinde Ber-

§.2. Gens Ghisleria perantiqua, & genero-
sa nobilitate Bononiae illustris, atque Ordini
Senatorio adscripta, civilium dissidiorum causa
in varias Italiae Regiones distracta, in Oppido
Boschi Dertonensis Diocesis apud Infabres se-
dem, ac domicilium posuit; Ubi licet avito for-
tunarum splendore exuta, reique familiaris dif-
ficultate depressa, non ultimum tamen locum
inter ceteras honestiores Familias retinens, an-
no reparatae salutis MDIV. Paulo Ghislerio,
& Dominicae Augeria parentibus, Michaeli
qui ad Apostolicam deinde Cathedrali evec-
tus Pius Quintus est appellatus, in lucem pro-
tulit.

§.3. Sacro regenerationis lavacro Caelo re-
natus, generosus Alumnus, ac pia, christiana,
que educatione imbutus, futurae Sanctitatis pre-
ludia ab ipsa eadit adolescentia; Nam statim
ac quartum supra decimum aetatis annum at-
tigit, Mundo, saeculique illecebris vale diceas,
Fratrum Praedicatorum Instituto nomen dedit,
praecleara illius Ordinis decora, ac potissimum
eximia in hanc Sanctam Sedem merita pluri-
mum aucturus. Hic enim ille est laudatissimus
Sancti Dominici Ordo, in quo, ut primum insti-
tutus fuit, tanquam in opimo, ac fertili agro,
eodemque bene, ac diligenter subactis, & ex-
culto, Viri doctrinae praestantia, & vitae Sancti-
tate conspicui nunquam alii aliis succedere de-
sierunt.

§.4. Strenuus itaque in his Castris Miles
munia ejusdem Ordinis, Lectoris scilicet, Prio-
ris, & Diffinitoris, quae exacta Regularis disci-
plina observantia promeruit, summa cum laude
obivit, totisque in eo fuit, ut viva probatorum
Patrum exempla sibi proponeret imitanda; Ra-
tus, & quidem merito, basim, ac fundamentum
Religiosae vitae in assidua ad Deum precatione,
atque in legendis, imitandisque Sanctorum Vi-
rorum gestis, Sancti Dominici praefertim, ac eor-
um, qui Dominicanam familiam Sanctitatis
fama illustraverant, esse collocanda.

§.5. Cum autem plurima in hoc viro admi-
rabilia fuerint, praecipue singulare studium con-
servandae veritatis, & Catholicae Religionis, & ad-

versus eorum fraudes, & insidias, qui illam ulla
ex parte labefactare conarentur, implacabile
odium semper eluxit. Quare apud Novocomen-
ses primum, deinde apud Bergomates Fidei
Quaestor renunciatus, illis, qui ab Ecclesia de-
scivissent, perpetuum bellum indixit: tum, ut
errantes ipsos in viam salutis revocaret, tum,
ut ceteros ab erroris contagione servaret il-
lesos.

comiter re-
nunciatur.

§.6. Ergo cum ei munus in eos publice in-
quirendi mandatum fuisset, non ille potentum
inimicitias, non pericula, non vitae, ac capitis
dimicationes, dum illos modis omnibus perfe-
queretur, sibi fugiendas putavit; sed potius ul-
tro, ac cupide appetiit, servatoque a Deo mira-
biliter non animum Martyrio dicendum, sed
Martyrium animo defuisse. Erat tunc temporis
suo viduata Pastore Curienfis Ecclesia apud
Rhetios, cui Canonicus quidam, etsi suspecte fi-
dei, ob suffragiorum numerum forte praeficien-
dus erat. Mittitur propterea hujusce Cause co-
gnitor Beatus Pius; Eaque ad juris normam pro-
be confecta, Haereticos criminis reus Canonicus
ille declaratus est. Pius vero rem hanc totam ita
forti animo gessit, ut numquam Ordinis sui in-
dumenta etiam per breve tempus exuere volue-
rit, quanquam cum omnes alieno vestitu incede-
re hortarentur, ne oculos Haereticorum of-
fenderet, qui capitale odium adversus Cause
Dominicanos Fratres profitebantur. Negavit id se fa-
cturum Pius, sancte testatur se quam libentissi-
me, si ita Deo visum fuisset, sacra illa veste in-
dutum mortem oppetiturum.

Monus sibi
commissum,
per culis om-
nibus contem-
ptis, impavi-
dus exequi-
tur.

§.7. Pari sane constantia Bergomensis Ci-
vitatem ab Haereticorum peste diligenter pur-
gavit; Ubi invictis animo adversus Medolacum
falsae doctrinae Propagatorem accerrime inlitit,
quamvis magna Amicorum, ac Consanguineo-
rum copia suffultum, a quibus subinde graves
excitatae sunt turbae.

Bergomensis
Civitas ab
Haereticis pur-
gat.

§.8. Id quod praestitit etiam adversus ejusdem
Civitatis Episcopum, cujus profecto praepotens
auctoritas eo devenerat insaniam, ut quosdam ne-
farios homines immitteret, qui integerrimum
Fidei Ministerium vi, dolove captum maximis cru-
ciatibus perimerent. Verum uterque tandem ju-
re, ac merito Haereticos damnatus Haereticorum
poenas luit. Medolacus enim carceri apud Ven-
etos mancipatus extremum diem miserime
clausit: Episcopus vero e Sede Episcopali de-
jectus dignitatem amisit.

Ejus contra-
Episcopum, &
Medolacum de
Haereti dam-
nantur.

§.9. Demum cum in hoc arduo munere stren-
ue, fideliterque laborasset, Supremae Romanae
Inquisitionis Commissarius a se, record. Paulo
Papa IV. Praedecessore Nostrorum declaratus fuit,
inde ad Episcopale Nepefinae Ecclesiae regimen
assumptus, ac subinde anno MDLVII. in Sa-
crum S.R.E. Cardinalium Ordinem cooptatus,
eique supremi, ac perpetui Inquisitoris Provin-
cia demandata fuit, facta omnibus Episcopis, ac
Delegatis jussione, ut in rebus ad Sanctum Of-
ficium pertinentibus ipsum, veluti Superiorem,
agnoscerent.

Supremae In-
quisitionis
Commissarius
a se, record.
Paulo Papa IV.
Praedecessore
Nostrorum de-
claratur: Ec-
clesiae Nepe-
sinae prae-
sinitur: Cardi-
nalis creatur,
& supremus,
ac perpetuus
Inquisitor
efficitur.

§.10. Hanc vero amplissimam Dignitatem,
quae nemini unquam, nec antea, nec postea colla-
ta fuit, recolendae memoriae Pius Papa IV. etiam
Praedecessor noster, qui memorato Paulo Prae-
decessori in Pontificatu successerat, Cardinali
Alexandrino (hoc nomine Beatus Pius inter
Purpuratos Patres nuncupabatur) nedum con-
firmatus in perpetuum Inquisitorem a Ne-
pepe ad aeliam Montis Regalis transfer-
tur.

Confirmatus
in perpetuum
Inquisitorem
a Nepepe ad
aeliam Montis
Regalis trans-
fertur.

firmavit, verum etiam illum novis in dies fulgentem meritis, a Nepefino Episcopatu ad ampliore regendam Ecclesiam Montis Regalis in Subalpinis transfuit.

§.11. Divina itaque Providentia ad majora vocatus, Sacraque Purpura ornamento cohonestatus, ita modestiam, humilitatem, ceterasque virtutes omnes excoluit, ut illa novo lumine illustrata, & adhaec magis, magisque suscipienda intuitum oculis apparuerint. Paucis enim in famulatu, probisque in primis, adscitis, paternam illos charitatem complexus, more Religiosorum secum vitam agere, Deoque inservire, verbo docuit, & exemplo.

§.12. Coacta ea tempestate apud Tridentum Oecumenica Synodo, cum ardua ibi Religionis disciplinaeque Ecclesiasticae negotia tractarentur, illaque Romae maturo examini in Conventu Doctissimorum Virorum subicerentur; Magni apud omnes ponderis, summoque in pretio fuit Cardinalis Alexandrini calculus, qui posthabitis saeculi rationibus, nihilque sapiens terrenae affectionis, Apostolica plane libertate sententiam dicere semper visus fuit, quamquam similitudines, & odia saepe ea de re subiturus.

§.13. Interea praefato Pio IV. Praedeceffore rebus humanis exempto, summo omnium Patrum consensu Cardinalis Alexandrinus die VII. Januarii anni MDLXVI. Pontifex Maximus renunciatur, assumptoque Pii V. nomine, Ecclesia Universalis gubernacula, post fufas Deo ferventissimas preces, non minori Populorum gaudio, quam expectatione suscepit. Nec profecto communem opinionem fessit; Nam vix supremo fastigio admotus, nil antiquius habuit, quam clementiae, ac beneficentiae testimonia, & singularia edere documenta, nedum erga illos, qui vel minimum commodi ipsi contulerant, verum etiam in eos, qui de se male meriti fuerant, ut perfectissimam imitaretur charitatem Patris Nostri, qui in Caelis est.

§.14. Inter tot, tantisque Apostolici Ministerii curas nunquam a pulchro Pontifice, quam efficta aetate, & corpore admodum imbecillo, intermissa jejunia, carnis macerationes, orationum, precationumque frequentia, interdum nunquam posthabita, de nocte vero saepius adaucta, quoties pro re Catholica quidquam magni momenti decernendum accideret. Nihil enim de pristina religiose vitae severitate remiserat, demptisque Principatus insigniis, & externo Dignitatis splendore, in mentis recessu privatus agebat: imo quanquam adhuc in terra positus, versabatur in Caelo; cumque inter Mortales degeret, jam tamen Civis erat Sanctorum, & Domesticus Dei.

§.15. Hinc Consanguineos suos non titulis, non divitiis, non honorum gradibus insignitos, ac donatos voluit; sed Michaelem Bonellum suum ex sorore Pronepotem, non nisi post exactum in Dominicana Familia tyrocinium, sacrarumque literarum peritiam adeptam, totius Sacri Collegii non approbatione tantum, sed enixis etiam precibus accedentibus, inter Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales assumpsit.

§.16. Nemini item in Aula Pontificia locum dari passus est, nisi cui probatae vitae ratio illum comparasset; Adeo Pontificis Familia ad exemplum Domini sui instituta, atque conservata, nulla re magis, quam modestia singulari,

& praecipua quadam animi, morumque integritate a ceteris discernetur.

§.17. Nulli apud ipsum ad Ecclesiae Dignitates aditus patuit, nisi cui merita prudenti iudicio expensa ad illas obtinendas viam stravissent, viresque ad easdem probe exercendas abunde suppeditaessent.

§.18. Flagrans in eo propagandae Religionis Catholicae desiderium, indefessus pro instauranda Ecclesiastica Disciplina labor, incredibilis, ac quasi perpetua in extirpandis erroribus vigilantia, pro tuendis Ecclesiae Juribus ferream pectus, in castigandis corrupti saeculi moribus, malorumque hominum licentia, & temeritate duriores renovatae Leges, atque excitata Judiciorum severitas. Contra vero prona, ac semper inexhausta beneficentia curavit Subditorum commoda, quorum querelas, supplicisque recursus non modico valetudinis suae dispendio, data cuilibet aedeundi, fandi que copia, prolataque audiendi patientia a mane usque ad vespertas, per se quotidie excipiebat.

§.19. Talis demum, ac tantus in eo effulsit splendor Virtutum, ut ab ejus Sanctitatis radiis illustrati, & nobilis quidam Anglus, & Ollice Dux, Hebraeque nonnulli ad admirabile Evangelii, Orthodoxaeque Fidei lumen liberiter accesserint. Quos inter Elias quidam Archisynagogus divitiis, fama que celebris una cum filiis Vaticano in Templo solemniter Ritu Pii Pontificis manu Sacri Baptismatis beneficium accepit.

§.20. Qua integritate, qua justitia, qua aequitate Sanctae hujus Sedis regimen, totiusque Catholicae Ecclesiae procurationem Pius gesserit, editae ab eo sanctiones inter alia Romanorum Pontificum Decreta Typis vulgatae probe testantur.

§.21. Quanta protinus ipse fecerit, ut in Gallia, Belgio, Germania, Scotia, Anglia, Poloniaeque facta testa Catholica Religio conservaretur, ac propagaretur, ex luculentis Scriptorum monumentis, ac publicis, omnique fide dignis Historicis colligi potest, adeo ut penam miraculo proxima sit ingens illa vis pecuniarum, qua omnibus fere Orbis Christiani partibus inopia pressis, aut Religionis causa laborantibus, sine ulla cunctatione subvenit.

§.22. Cum Galliam omnem Haeresis Calviniana Hugonotorum appellata susque deque verteret, atque hujus rei causa nonnulla inibi Orthodoxae Religionis parum consentanea in publicum emissa essent Decreta; Tam forti animo apud Regem Christianissimum instituit Pius, ut illa penitus e publicis Tabulis deleta fuerint, atque abrogata. Tum consilio, pecunia, comatu, ac Militibus in Galliam, Duce Comite Sfortia Sanctae Florae Domino, opportune transmissis, ita Catholicorum partes adjuvit, ut infesta Haeticorum Copiis insigni plaga, Regnum Regi, Regno Religionem, verum Deo cultum restituerit.

§.23. Neque minores in Belgio turbas ad labefactandam Religionem excitaverant Heterodoxi, quibus ne statim cursum retardaret Hispaniarum Rex curatis tunc solummodo politicis rebus, ac dilato in aliud tempus Religionis negotio, auctores erant Aulicorum Consiliariorum quamplurimi. At Pius Pontifex evertit tam perniciofa consilia, collataque tempestive pecunia, ac nonnullis inter Italos bellicosos Viris, ut Bel-

Dignitates Ecclesiasticas benemeritis tantum clarigitur.

Serenum, & indefessum se Catholicae Religionis Assertorem, & Ecclesiasticae disciplinae Instauratorem exhibet, necnon subditorum commoda curat.

Plures haeticos, & haecacos ad fide convertit.

Sanctissimas edidit leges.

Religionis Propagator, & Vindex Christianitatis pro fide laborantibus subvenit.

Hugonotorum haecum in Gallia reprimi.

Haeticorum Turbas in Belgio adversus Catholicos dissipat.

Belgium pro Fide pugnaturi pergerent, persuasis, in causa fuit, ut quamplurimae Albano Duce Belli summam dirigente, de Haeticis victoria fuerint reportatae, exuviaeque, & vexilla perduellium e parietibus Lateranensis Basilicae, celeris facti monumenta, pependerit.

§.24. Prope erat, ut Caesar necessitate compulsus in Austria Archiducatu Haeticis Augustanae, ut vocant, Confessionis liberum suae haereseos exercitum permetteret, nisi Pius Pontifex misso in Germaniam Cardinali Commendone, pericula Orthodoxae Religionis, quae jam imminabant, opportune averisset.

§.25. Similiter cum apud Polonos publicis edictis multati fuissent Antitrinitarii, alique Haetici: Verum dictae Confessionis Augustanae, Calvinianaeque Haereseos Professoribus in eodem Regno degere esset permittum, Pius apud Regem effecit, ut ille solemnem, ac jure jurando firmam sponsonem ederet, qua sese in Religione Catholica ad mortem usque perseveraturum, ac nunquam passurum, vel minimum imminui, immutarique Romanae Fidei dogma, avitofque Ritus (quidquid contra niterentur Haetici) sancte promitteret. Plurimas et scriptis Michaeleis Baji excerptas propositiones, e quibus tanquam errorum fonte, Janfeniana labe orta in haec usque tempora derivavit, ac licet a pluribus Romanis Pontificibus Praedecefforibus Nostri, imo etiam a Nobis saepius confixa, atque proscripta, adhuc tamen latenti propagine reviviscere, virisque contagii effundere non desinit, & Ecclesiae salutari consilio edita sanctione in ipsa origine damnavit.

§.26. Haerebat squalore carcerum, Haeticorum dolis, odioque implacabili Elisabethae praetense Reginae Angliae mancipata clarissima Maria Stuarda Regina Sotorum, Religiosissima foemina, resque Catholica in illo Regno lacerata, & undique collisa animum Sanctissimi Pontificis paternae charitatis stimulus exagitant: Quare, afflicto illo rerum statu explorato, Mariae Reginae constantiam amantissimis, sanctoque zelo refertis epistolis fovere non desistit, ac excitare, ut a puritate Fidei, quam a Parentibus hauserat, & catenus illibatam servaverat, nullis se conditionibus, divelli pateretur, mentemque recoleret longe potiora esse aeterna Caeli premia, quam caduca haec, & inania terrena dominationis bona. Eodem vero tempore Catholicos Germaniae Principes adhortatus est, ut traductis in Scotiam opportunis auxiliis perichitantem Fidem, ac Religionem validissime tuerentur. At ubi, per summum scelus Mariae Reginae supradictae carnificis manu caput abscissum, omnique Anglici Regni Episcopos a sede sua violenter depulsos cognovit, atrocitate rei commotus impiam Elisabetham flagitiorum Servam, uti haeticam, & haeticorum fautricem, horribili anathemate ferire nil cunctatus, a juramento fidelitatis proceres subditos, & populos dicti Regni perpetuo absolvit, illamque omni, & quocumque ejusdem Regni praetense jure, dominio, dignitate, ac privilegio privatam Pontificia auctoritate declaravit.

§.27. Verum quos labores susceperit, quot, quantosque sumptus, ac curas impenderit pro Christiana Republica servanda, & propulsandaque a Fidelium cervicibus Hoste immanissimo,

ac potentissimo, nemo est, qui ignoret; Cum scilicet Navali praelio commisso, praelaram illam, & post hominum memoriam insignem, maximamque victoriam, Christo Duce, quem in vexillo Imperatoriae Triremis elevari juserat, reportavit. Expugnata siquidem superiori anno Nicofia, Regnoque Cyprae florentissimo (dolentes recordamur, & acerbitate jacturae adhuc ingemiscimus) in ditionem redacto, secundis rebus elatus Turcarum tyrannus Selimus, odioque in Christianum nomen, ac insatiabili avaritia inflammatus, Classem instructissimam comparaverat, qua Cretam, Corcyram, Zacynthum, oraque omnes maritimas incendiis, rapinis, miserorumque captivitate foede populabatur, ipsamque Italiam, & aliam hanc Urbem superba spe devorabat. Nemo erat tunc temporis, qui expensis nefarii hostis viribus, & effrenata illius regnandi cupiditate, opprobria, ignominias, servitutem, vitaeque extrema non expavesceret. Quisque religiosissima Templum, araque sanctissimas complexus pro liberis, pro conjugibus, pro fortunis, proque dulci hujus lucis usura lacrymans deprecabatur. At vero, in tanta rerum perturbatione, ac inverterata apud omnes opinione, ferocissimum Hostem Christianorum armis superari non posse, invicta Pii constantia, inito cum Christianis Principibus sacro foedere, ac classe copiosissima instructa, praeliatus est bella Domini, & in spiritu vehementi Naves Tharlis penitus contrivit, atque delevit. Nec tantae victoriae nuntium, optatumque tumorem diu expectavit Sanctissimus Pontifex; dehis quippe oculis in Imagine Redemptoris nostri e Cruce pendens, cum anxii precibus, & voce stetus sui solito uberioris, divinam misericordiam exoraret, ne gentibus eleratis haereditatem suam diripiendam relinqueret, sed in brachio excelso Populum suum salvum faceret, in excessu mentis superno lumine illustratus videre meruit Christianae clavis prosperos eventus illo ipso die, ac eadem hora, qua feliciter ad Chinadas Insulas pugnatum fuit.

§.28. Sed, & alia, & fortasse majora ad Religionis incrementum cogitantem Pium, Deo sic disponente, communis necessitas praevenit; Cujus in occursum humilem, constantem, patientemque animum praeferebat pulcherrimus Senex, extrema vi morbi correptus, acerbissimos dolores tam fortiter toleravit, ut solum ad Jesu Christi Crucifixi Imaginem dulciter suspirans, haec saepius ingeminare verba auditus fuerit: Domine auge dolorem, sed, & auge patientiam: Mortem autem sibi ab ipso morbi principio certam, atque exploratam ita non exhorruit, ut de ea sine ulla proferat aut vultus, aut animi perturbatione coram Familiaribus suis loqueretur, eamque a se in lucro poni, antea vitae fiducia plane demonstraret. Ceterum quod ex illo morbo sibi perendum fore divina revelatione praecivisset, duas aperias, atque illustres ejus rei significationes dedit: Unam scilicet, quod Cardinalem Alexandrinum pridie Praefeces, hoc est vigesimo nono ante ipsius obitum die, sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigentem, & usitata verborum formula utentem iussit subsistere, & ita verba concipere, ut in ista tatum sit, qui sanctissimum illud Sacramentum pro Viatico accipiunt, supremum iter, & vitam

tissimis ejus precibus reportatur. Illiusque felices eventus superno lumine videt.

Majora ad Religionis incrementum cogitantem Pium, Deo sic disponente, communis necessitas praevenit; Cujus in occursum humilem, constantem, patientemque animum praeferebat pulcherrimus Senex, extrema vi morbi correptus, acerbissimos dolores tam fortiter toleravit, ut solum ad Jesu Christi Crucifixi Imaginem dulciter suspirans, haec saepius ingeminare verba auditus fuerit: Domine auge dolorem, sed, & auge patientiam: Mortem autem sibi ab ipso morbi principio certam, atque exploratam ita non exhorruit, ut de ea sine ulla proferat aut vultus, aut animi perturbatione coram Familiaribus suis loqueretur, eamque a se in lucro poni, antea vitae fiducia plane demonstraret. Ceterum quod ex illo morbo sibi perendum fore divina revelatione praecivisset, duas aperias, atque illustres ejus rei significationes dedit: Unam scilicet, quod Cardinalem Alexandrinum pridie Praefeces, hoc est vigesimo nono ante ipsius obitum die, sacrosanctam Eucharistiam sibi porrigentem, & usitata verborum formula utentem iussit subsistere, & ita verba concipere, ut in ista tatum sit, qui sanctissimum illud Sacramentum pro Viatico accipiunt, supremum iter, & vitam

In Cardinali virtutes, & religiose vitae institutum excolit.

In arduis Religionis negotiis in Tridentina Synodo illius cura praecuratur.

Unanimi Patrum voto in Summi Pontificis renunciat.

Inter Pontificatus curas nihil de pristina religiose vitae severitate intermisit.

Consanguineorum commodo honoribus, & divitiis non indulget.

In aula Pontificia non nisi probantissimos viros admittit.

viam universæ carnis ingressuri. Alteram vero, quod cum aliqua morbi remissione, depulsum ab eo mortis periculum constans opinio esset, septem præcipua Urbis Tempia invadere voluit, eisque itineris, quanquam viribus infirma valetudine dejectis, magnam partem pedibus confecti; aperte profertens velle se eorum reliquias postremo videre, quorum animas non multo post visurum esse speraret in Cælo. Denique vi morbi invalescente, statim ac novissimam, appropinquare horam præsentit, Sacrum Christianorum Principum Fœdus Card. Alexandrino ferventissime commendavit: Deinde Psalmos Davidicos sibi prælegendos poposcit, lectori mandans illos alta voce pronunciare, interposita sibi singulis versiculis mora, ut ipse divina eloquia per aures admisa dulci contemplationis affectu sensum degustaret, sitientemque spiritum irroraret neclare suavissimo.

§.29. Tandem, cum Historia Passionis Domini N. Jesu Christi ex Evangelio legeretur; manibus in modum Crucis expansis, nullo motu, strepitue edito, suaviter efflavit animam eamque reddidit Creatori.

§.30. Maxima, eo defuncto, statim percurrebuit fama illius Sanctitatis; Cujus nempe desiderium, publicamque jacturam ipsa etiam muta elementa Terra fremitu, fulminibus, anniumque exundatione testata fuerunt. Quare non Romani Populi solum, verum etiam plurimorum e vicinis Regionibus hominum concursus ad visendum illius Cadaver factus est, adeo majorem Custodem, Militumque numerum, adhibere opus fuerit, ne Populi fervor, qui Beati Cadaveris vestes jam violenter sciderat, carnes etiam in frustra dilatactas secum asportaret.

§.31. Agi ceptum de Pio inter Sanctos referendo Anno MDCXXXI. cujus rei gratia instructis variis tam ordinaria, quam Apostolica auctoritate Processibus, fuit, ut mos erat illius temporis, tribus antiquioribus Romanæ Rotæ Judicibus eisdem examinandi demandata facultas, qui, lato de hac re iudicio, & documentorum auctoritatem probarent, & virtutum præstantiam heroicam gradum attigisse, necnon miracula supra communem naturæ usum, fuisse patrata dixerunt. Horum iudicio Sacrorum Rituum Congregationis examen superinductum, in quo pariter juridica actorum validitas, atque in gradu heroico comprobata virtutes, simulque duo, quæ subsecuta fuerant, miracula plene comprobata.

§.32. Quorum fuit primum, ab igne penitus illasas remansisse hujus Beati Pontificis duas imagines, ex papyro unam, alteram ex tela confectas, in privato Oratorio, seu Sacello Antonii Cordubæ, & Cardonæ Ducis Sessæ e pariete pendentes, licet ignis ita vehementer per totam ædem grassatus fuisset, ut etiam argentea simulacra flammarum vi liquefacta fuerint, lapideumque Altare in formam costi pumicis transferit, ac universa illius ædiculæ sacra supellex (dictis dumtaxat duabus Imaginibus, eaque fratri Altaris prædicti parte, in quam altera earumdem Imaginum ceciderat, exceptis) in favillam, & in cinerem redacta fuerit.

§.33. Alterum fuit Tiburtiæ Florentiæ Auximaniæ mulieris septuagenariæ repentina sana-

tionem. Hæc siquidem acuta; malignaque febri correpta, aliisque congestis morbis oppressa, itaut Medicorum iudicio intra trium horarum spatium jam jam moritura crederetur: Ubi Pii Indusium ægro corpori devote applicuit, & nulla interposita mora, sana, & incolumis e lectulo surrexit, vitamque ad multos annos feliciter protraxit.

§.34. Fuerunt Pontificio Decreto firmata, tum quæ ad virtutes, tam quæ ad miracula pertinebant, supradictæ Congregationis Judicia; remisso in aliud tempus reliquorum miraculorum, quæ a causâ Postulatoribus proponebantur, examine.

§.35. Interea cum pax mem. Urbanus Papa VIII. pariter Prædecessor noster super hujusmodi causis quadam nova Decreta edidisset, novum condere Processum super non cultu, ac quasdam a Pio exaratas epistolas exhibere necesse fuit. Quibus omnibus impletis, constitit de observantia eorumdem Decretorum, prout etiam nihil in prædictis epistolis contineri, quod pietatem tanti Pontificis non redoleret: Quamobrem instauratum fuit examen miraculorum, nedum alias relictorum, imo, & ipso Pio vivente patratorum, sed etiam eorum, quæ postmodum intermedio tempore assebantur contigisse. Horum duo præcipue in memorata Congregatione coram similis me: Clem. PP.X. etiam Prædecessore nostro habita omnium calculis admissa, & ab eodem Clemente Prædecessore approbata fuerunt.

§.36. Primum fuit divina illa B. Pio immixta cognitio, qua ipse eodem prorsus die, eademque hora, quibus navalis, quam supra inuimus, victoria a Christianis reportata fuerat, clarissime illam rescivit, atque is, qui secum aderant, patefecit; qui, cum mensem, diem, horamque adnotassent, ubi postea certus de victoria Nuncius advenit, illam, uti Pius ipsis prædixerat, evenisse apertissime cognoverunt.

§.37. Alterum fuit mira quedam, ac per ampla triticæ farinæ multiplicatio, quæ contigit in Monasterio Monialium S. Dominici apud Pratum in Hetruria.

§.38. His itaque duobus miraculis, sicut præmittitur, admittis, cum subinde eadem Congregatio, ipso Clemente Prædecessore approbante, censuisset, Servum Dei Pium V. Beatorum Catalogo adscribi posse, necnon Officium, ac Missam in ejus honorem concedi, idem Clemens Prædecessor anno 1672. Pium V. prædictum Beati nomine nuncupari, ejus Corpus, & Reliquias venerationis Fidelium exponi, & aliquibus in locis de eo Officium recitari, Missamque de Confessore Pontifice juxta Rubricas Breviaris, & Missalis Romani celebrari posse indulxit.

§.39. Porro reasumpta denuo causâ, expeditisque Remissorialibus, ac Compulsorialibus Literis, ut quæ post venerationem eisdem Beato Pio, sicut præmittitur, indultam supervenerant, rite probarentur, novi Processus efformati fuerunt; quorum diligenter perpenfa, & deinde admisa validitate ab eadem Sacrorum Rituum Congregatione, illius sententiam approbavimus.

§.40. Firmata Actorum validitate, suum subijt examen eorumdem relevantia; adeoque duo de novo superventa miracula in ipsa Congrega-

tionem Indusi B. Pii instantaneæ sanatur.

Congregationis iudicium Pontificio decreto confirmatum fuit.

Compilato novo processu ad normam decretorum Urbani VIII. & instituto examine admixta fuerunt in Congregatione duo alia miracula, atque approbata a Clem. X.

I. Victoria contra Turcas cognita.

II. Farinæ multiplicatio.

Hinc Beatorum Catalogo adscriptus fuit ab eodem Clemente.

Approbatio Novorum Processuum post Beatificationem.

In Congregatione approbata fuerunt duo alia miracula.

Maxima fama eius sanctitatis in obitu: & publica iactura prodigiis contestata.

Anno 1631 introduca fuit causa, & a Congregatione approbata fuerunt virtutes heroice cum duobus sequentibus miraculis.

I. Dux imagines B. Pii: lesæ a vehementissimo incendio præservantur.

II. Mulier ad extrema redacta per appli-

gregatione coram nobis habita diligenter expensa, & ab ea approbata fuerunt.

§.41. Primum fuit de Margarita Massa decenni Puella paralyti diuturna in coxis, & cruribus laborante, statim, & incontinenti pristina sanitati restituta.

§.42. Alterum de instantanea emissione foetus materno in utero a pluribus diebus jam mortui, absque ullo Isabella Riccæ Genitricis parentis dolore editi cum ipsius Genitricis præsertatione ab evidenti mortis periculo.

§.43. Auditis tamen desuper tam Cardinalium, quam Consultorum præfate Congregationis suffragiis, nihil tunc fuit a nobis definitum, ut in re tanti momenti Divinum prius de more implorarem auxilium. Quod cum a Nobis miraculo fuisset, nos pariter duo hæc postrema miracula approbavimus.

§.44. Deinde habita iterum coram Nobis Generali Congregatione supradicta, fuit in deliberatione positum: An tuto ad solemnem Canonizationem B. Pii deveniri posset; licet autem omnes unanimi consensu affirmative respondissent, adhuc tamen, antequam in tam arduo negotio quidquam decerneremus, denuo superni luminis adiutorium expetendum esse censuimus. At postmodum dictæ Congregationis Secretario, nec non Coadjutore Promotoris Fidei accitis die IV. Augusti MDCCX. S. Dominico Fundatori Ordinis Prædicatorum sacra, Beatum Pium V., non tam ad novum, ac præclarum decus præfati Ordinis de Catholica Ecclesiæ optime meriti, quam ad majorem ipsius Apostolicæ Sedis honorem, & gloriam canonizandum, & inter Sanctos referendum esse decrevimus.

§.45. Reliquum erat, ut accurata præmissorum omnium relatio universo S. R. E. Cardinalium Collegio de more fieret; quod cum recte, fideliterque præstitisset tunc in humanis agens bo. me. Jo. Maria ejusdem S. R. E. Cardinalis Gabriellus nuncupatus pro Venerab. Fratre nostro Gaspare Episcopo Sabinen. dictæ S. R. E. Cardinali Carpineo nuncupato præfate Congregationis Præfeto tunc agrotante, totius summa Processus in Consistorio nostro secreto die 20. Aprilis proxime præteriti habito plene relata; reliqui omnes Cardinales, qui tunc aderant, unanimi voce dixerunt sibi placere, quod Nos ad solemnem Beati Pii Canonizationem deveniremus.

§.46. Quocirca sequenti publico Consistorio, in quo dilectus Filius Marcellinus Corius Aula nostræ Consistorialis Advocatus pro eadem Canonizatione luculenter peroravit, ac nomine totius Ordinis Prædicatorum, ut ad eam procederemus, humiliter supplicavit: Nos attenta rei gravitate, Cardinales, Patriarchas, Archiepiscopos, & Episcopos ibidem presentes omni animi contentione hortati sumus, ut orationibus, jejuniis, & eleemosynis sedulo incumbere, quo Divina voluntas clarius Nobis elucesceret.

§.47. Deinde in semipublico Consistorio, vocatis non solum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis, & Episcopis prædictis, sed etiam Nostri, & Sedis Apostolicæ Notariis, Protonotariis nuncupatis, ac Palatii Nostri Apostolici Causarum Auditoribus de more præ-

sentibus, plura a Nobis de eximia Beati Pii V. sanctitate, ac miraculis commemorata fuerunt; cumque omnes concorditer ad ejus Canonizationem deveniendum esse suffragiis suis aperte censuissent; Nos unanimi eorum consensu audito, aperuimus os Nostrum in Benedictionibus, ac Dei nutum, & voluntatem secuti, iustum, & debitum esse censentes, ut quos Deus honorat in Cælis, Nos venerationis officio laudemus, & glorificemus in Terris, diem celebrandæ Canonizationis indiximus, cunctos adhortati, ut in orationibus, jejuniis, & eleemosynis perseverantes, Spiritus Sancti gratiam Nostræ humilitati in tam alto negotio impetrare studerent.

§.48. Demum præactis omnibus, quæ ex Sanctorum Patrum auctoritate, Canonicis sanctionibus, S. Rom. Eccl. antiqua consuetudine, ac novorum Decretorum præscripto agenda, & observanda erant, hodie, hoc est festo Sanctissimæ Trinitatis, in Sacrosancta B. Petri Apostolorum Principis Basilica, in qua solemni Ritu cum Cardinalibus, Patriarchis, Archiepiscopis & Episcopis supradictis, nec non dilectis Filiis Romanæ Curie Prælati, & Officialibus, & familiaribus nostris, Clero Seculari, & Regulari, ac maxima populi frequentia mane convenimus; post repetitas a dilecto Filio nostro Annibale Sanctæ Roman. Eccl. Diacono Cardinali Albano nuncupato, nostro secundum carnem ex Fratre germano Nepote, per Marcellinum Advocatum prædictis instantias illas, quæ dudum Sedi Apostolicæ a Catholicis Regibus, & Principibus pro Canonizatione hujusmodi porrectæ fuerant, Nobisque a præfate Ordine Fratrum Prædicatorum assidue porrigebantur, post sacros Hymnos, Litanias, aliasque preces decantatas, ac Spiritus Sancti gratiam humiliter imploratam; ad honorem ejusdem Sanctæ, & Individuæ Trinitatis, ad exaltationem Fidei Catholicæ, & Christianæ Religionis augmentum, auctoritate Domini N. Jesu Christi, Beatorum Apostolorum Petri, & Pauli, ac nostra, matura deliberatione præhabita, & Divina ope sæpius implorata, ac de Venerabilium Fratrum nostrorum S. R. E. Cardinalium, Patriarcharum, Archiepiscoporum, & Episcoporum in Urbe existentium consilio, Beatum Pium V. Sanctum esse decrevimus, & definivimus, ac Sanctorum Catalogo adscripsimus, prout tenore præsentium similiter decernimus, definimus, & adscribimus, statuentes ab Ecclesiâ universali illius memoriam quolibet anno die V. Maji inter Sanctos Confessores Pontifices pia devotione recolere debere. In Nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti. Amen.

§.49. Parique auctoritate omnibus utriusque sexus Christianis vere poenitentibus, & confessis, qui annis singulis dicta die V. Maji ad Sepulchrum in quo ejus Corpus requiescit, visitandum accesserint, septem annos, & totidem quadragenas de injunctis eis, aut alias quomodolibet debitis poenitentis misericorditer in Domino relaxavimus in forma Ecclesiæ consueta.

§.50. His præactis, Deum Patrem Ingenitum, Regemque Gloriæ Christum Dominum, Patris Filium unigenitum, ac Sanctum Paracletum Spiritum unum Deum, unumque Dominum lacribus, & confessionibus venerari, Sa-

Canonizatio die Dominico SS. Trinitatis servandis facta cum concessione Indulgentie die 1. Maji festo B. Pii.

Gratiam a Dio.

I. Instantaneæ sanationis a diuturna Paralyti.

II. Instantaneæ emissionis foetus in utero mortui cum præsertatione Genitricis.

Eorumdem Pontificis approbatio.

Decretum de Canonizatione B. Pii.

Unanime Cardinalium Votum in Consistorio secreto.

Elevatio facta per Pontificem in Consistorio publico.

Tandem in Consistorio semipublico indictum fuit dies Canonizationis.

croque Hymno Te Deum magna cum animi nostri exultatione decantato, Patri misericordiarum, & Deo totius consolationis gratias agere non cessavimus, quod Sanctissimum hunc Prædecessorem nostrum in conspectu omnium gentium honorificaverit, eumque Nobis dederit in hac tribulationum nostrarum nocte, tanquam Solem fulgentem in Templo suo, ut qui in diebus suis placuit Deo, & inventus est iustus, in tempore iracundiæ fieret reconciliatio. Missam deinde ad Altare S. Petri Apostoli ejusdem Basilicæ solemniter de more celebravimus, omnibusque Christianis ibidem præsentibus plenariam omnium peccatorum suorum Indulgentiam concessimus.


Circusula.

§. 51. Cæterum, quia difficile foret præsentibus ad singula loca, ubi opus esset, deferri, volumus, ut earum exemplis, etiam impressis manu publici Notarii subscriptis, & sigillo aliquis Personæ in dignitate Ecclesiastica constitutæ munitis eadem ubique fides adhibeatur, quæ eisdem præsentibus adhiberetur, si exhiberi eisent, vel ostense.

§. 52. Nulli ergo omnino Hominum liceat hanc paginam nostrorum definitionis, Decreti, adscriptionis, mandati, Statuti, relaxationis, concessionis, & voluntatis infringere, vel ei ausu temerario contraire: Si quis autem hoc attentare præsumpserit, indignationem omnipotentis Dei, ac eorundem Beatorum Petri, & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum.

Datum Romæ apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ millesimo septingentesimo duodecimo, Undecimo Kalendas Junii, Pontificatus nostri Anno Duodecimo.

Ego Clemens Catholica Ecclesiæ Episcopus.



† G. Card. Marsilius.
† P. Tit. S. Petri ad Vincula Presbyter Cardinal. Astallius.

- † Joseph Tit. S. Mariae Transpontinae Presbyter Card. Sacripantes.
† F. Tit. SS. Jo. & Pauli Presbyter Card. Paulinus Major Penitent.
† Laurentius Titul. S. Susanna Presbyter Card. Corsinus.
† Franciscus Tit. S. Ceciliae Presbyter Card. de Acquaviva.
† Philippus Titul. S. Chrysoconi Presbyter Card. Gualterius.
† J. Tit. S. Mariae Angelorum Presbyter Card. Vallemanus.
† C. A. Tit. S. Augustini Presbyter Card. Fabrus.
† Jo. Baptista e Societate Jesu Presbyter Card. Pheolomæus.
† B. S. Mariae in Via lata Diaconus Card. Pamphilius.
† Petrus Sancti Laurentii in Damaso Diaconus Card. Orsibonus.
† J. R. Diaconus S. Georgii in Velabro Cardinalis Imperialis.
† Franciscus S. Angeli in Foro Piscium Diaconus Card. Barberinus.
† L. S. Nicolai in Carcere Tulliano Diaconus Card. de Alteriis.
† C. S. Mariae de Scala Diaconus Cardinalis Columna.
† Annibal S. Eustachii Diaconus Cardinalis Albanus.

CLXX.

Promulgatur Canonizatio S. Andreæ Avellini Congregationis Theatinorum cum Indulgentia in ejus festo, & octava.

Ab Inn. XII Const. ed. 1691, Idibus Julii, P. 1. promulgata fuit Canonizatio S. Cajetani Thianai. Hujus Pontificis Const. præced. extat Canonizatio S. Pii V. Et Const. ed. 1716, Maji 8, P. 16 Beatificatio Francisci Regis Societ. Jesu.

CLEMENSE PISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI.

Ad perpetuam rei memoriam.

N Unquam profecto, Divina favente bonitate, contigit, excitatis ab implacabili Humani Generis Hoste procellis, dirisque tempestatibus, ita mare tumescere, ac infremere, ut Apostolici Piscatoris cymba in altum jactata, vel scopulis misere allidat, vel in profundum naufragii demergatur, quinimo magis, magisque saevientibus fluctibus, ac ingruente Aquilonis turbine, exoriri non raro solet amicum fidus, suoque lumine offusis undequaque tenebris dissipatis, tutum iter, placidumque super instabili elemento, despumante furores suos, aperire, ac sternere. Hac sane ducti fiducia, quam Nobis Divina Oracula fecerunt, tot calamitates, & acerba vulnera Christianæ Reipublicæ difficilimis hisce temporibus illata, atque crescentis animo ferebamus, sperantes a Deo misericordiarum, totiusque consolationis, ut Ecclesiam suam Sponsam intactam, & immaculatam præsentis auxilio fovere, ac erigere dignaretur, illud jugiter Divinum, interque amaros lacrymarum imbres Nobiscum recolentes promissum: Porta Inferi non prævalebunt. Adhuc tandem expectatum, optatumque a Cælo Iubar, Nobisque, licet immerentibus, superna tamen dispensatione Catholicæ Ecclesiæ gubernaculo præpositis certam, firmissimamque in Domino spem excitavit omnes sæculi fluctus, & Tenebrarum potestates aspectus sui tranquillitate facile sedaturum: etenim ex alta Militantis Ecclesiæ specula, sublimique Fidei, & Religionis Arce ad æternam illam, beatamque Patriam Cælestis Hierusalem, quo corporeus non fertur intuitus, effuso translati desiderio amictum præ cæteris splendoribus, & triumphalibus lætitiæ coronis circumdatum, egregium, insignemque miraculis virum exinlyta Clericorum Regularium Theatinorum nuncupata Congregatione Andream Avellinum stupore afflati conspeximus, quem, sicuti, dum in humanis ageret, sancta, piaque conversatione animarum salutis, & Religionis incremento enixe, feliciterque consuluit, ita ab illa immortalis securitatis regione Nobis militantibus adfuturum hilari animo confidere inceperimus.

§. 1. Hunc itaque insignem Christi Confessorem non mortalibus honoribus universis Christianis cœtui colendum exponere, Arasque, & supplicationes eidem decernere cupientes, suis noctu, dieque precibus, in jejuniis, & lacrymis orantes, intensoque cordis affectu Patrem Luminum deprecantes, ut in re tam grandis momenti, & supra humanam conditionem

posita, mentem nostram celesti sua luce perfundere, ac insinuare dignaretur. Tandem infirmitati nostræ sufragantibus universæ Ecclesiæ orationibus, piisque operibus ad id sedulo adhibitis, visum est Spiritui Sancto, qui in Nobis Divina miseratione operatur, & loquitur, lucernam ardentem super Ecclesiæ candelabro Andream Avellinum extollere, ut illum in albo Sanctorum solemniter translato Christianis Orbis exoret, tantisque ingruentibus calamitatibus tutelam, validumque præsidium se habere apud Deum intelligat, & deprecari assuescat nuncupatione votorum. Gaudemus profecto, sanctaque in Domino exultatione replemur infirma, luteaque vasa deferentibus, & adversus secularia desideria, Mundique procellas aliudie luctantibus optatam a Cælo tandem illuxisse Cygnosuram, quæ, lumine nunquam defuturo, securus beatae Sion portus, & exemptam ab omni ærumnarum, fluxuque vitæ periculis quietam, in sinu æternitatis demonstrat. Gaudemus generosum Christi Athletam Mundo exutum, soloque Deo armatum e castris, ac tentoris Religiosæ Theatinorum Familiæ in arenam prodixisse, bonumque certamen certasse, quem quidem Sanctitatis odorem longe, lateque exalantem, probatumque heroicæ virtutis documentis gloriæ corona donandum provida Æternæ Mentis consilia nostris temporibus reservarent. Gaudemus demum, ita postulantis meritis, & miraculis, quibus inclauit, cælestes in Terris Sanctorum honores illi decernere, qui mira humilitate contempnit humanos. Audite ergo Populi Israel, & laudate Dominum in Atrio Sancto ejus.

§. 2. Andreas itaque in sortem Domini usque ab incunte ætate vocatus, apud Castrum novum in Regno Neapolitano, Lucanæque Provinciae Oppidum anno MDXXI. a Joanne Avellino, & Margarita Apella Conjugibus, optimisque Parentibus suæ mortalitatis exordium suscepit, atque inibi Christianis moribus, & primis Grammaticæ rudimentis ab ejus Patre ejusdem Loci Archipresbytero imbutus, sublimiores scientias alibi assecutus, paterna e domo se abdicavit, scientiis hujusmodi assequendis nunquam illarum initium, quod Dei timor est, in oculis habere prætermisit, tantique principii assiduo, ferventique cultu universam, quam pertransivit studiorum semitam illustravit, & pubescentem ætatis suæ florem futuris sæculis consecravit, ac ita piissimus Adolescens lubrica voluptatum irritamenta invicto pede calcavit. ut perfectæ ætatis gradum præcoci virtute transscenderit: nam sæpe ab impudico Mulierum æstu, & præsertim ab effræna ejus Nutricis licentia, quæ honestissimi nominis pudorem meritricio dedecore violaverat, impetitus, generosa fuga victor evasit.

§. 3. Patriæ se reddens, Divino Spiritu ductus Clericali Militiæ nomen dedit, & Christi Tyrunculus, in ejus studio non sæculi, sed Cæli lucra quaesivit; quippe in Patria commorans, & per vicina Oppida excurrens, Pueros ad Christianæ Fidei præcepta discenda, amplectendaque, & illarum Regionum Incolas ad pia monita exequenda, non sine ingenti animarum quaestu, cepit a Sæculi somno excitare: Verum quia legibus nondum vacaverat, ejusque Parens, spe futurorum erecta, Filium a se divelli ægre min-

Vita B. Andreæ.

Ejus ortus, Patriæ Parentes, Adolescens, studia, & castitas.

Clericali militiæ adferri, sed Cæli lucra quaesivit; quippe in Patria commorans, & per vicina Oppida excurrens, Pueros ad Christianæ Fidei præcepta discenda, amplectendaque, & illarum Regionum Incolas ad pia monita exequenda, non sine ingenti animarum quaestu, cepit a Sæculi somno excitare: Verum quia legibus nondum vacaverat, ejusque Parens, spe futurorum erecta, Filium a se divelli ægre mi-

nus ferebat; Andreas materno acquiescens consilio. Neapoli Iuri Civili operam daturus concessit.

Sacerdos est-
sus, ac foto
Ecclesiastico
aditus sui
Cofessorii con-
silio avertitur,
ac qui Deo,
animarumque
saluti vacat.

§.4. Hic itaque Juris utriusque peritiam adeptus, reliqua Literarum ornamenta nova Jurisprudentiæ accessione cumulavit, & ad Sacrodotalem Dignitatem evehctus, & in ea constitutus, Causas in Foro Ecclesiastico pro quibusdam personis privatis dumtaxat, juxta Sacrorum Canonum præscriptum, tendas suscepit, donec a Joanne Marinonio Clerico præfate Congregationis, Viro probatæ virtutis, & quem ille sibi conscientie ducem elegerat, sancte callidior factus, ab hujusmodi procuratore se avertit, & nihil doctius, nihilque ditius arbitratus, quam uni Deo vacare, æternoque Animarum quæstui incumbere, a lubrico cujuscumque humane spei fastigio descendens, Divinæ Sapientiæ quadrigam ascendit, ac, velut Auriga Christi, ad perennis beatitudinis metam concitatus se convertit.

Vicarius de-
putatus pro
correctione
nonnullarum
Monialium,
manusque si-
bi commissi
pio zelo exer-
cens, iustis ne-
farii Viri, cui
accessum ad
dicium Mo-
nasterium in-
terdixerat, le-
thaliter in fa-
cie vulnera-
vit, sed Dei
opera conva-
lescit, nullo
eicatricis su-
perstite signo.

§.5. Quapropter rectius iter aggressus, ita probis Neapolitanæ Urbis Ecclesiasticis pie vivendi more antecelluit, ut ab eisdem Civitatis Archiepiscopo ejus Vicarius ad revocandas nonnullas cujusdam Monasterii Sanctimoniales, quæ a recto Regularis observantiæ tramite aberraverant, deputatus fuerit. Ille vero, porrectis prius ferventissimis Deo precibus, exploratoque conscientie suæ Moderatoris consilio, munus hoc arduum suscepit, illudque ita, Deo ejus votis, & laboribus annuente, feliciter absolvit, ut Virgines illæ, quæ procul ab immortalium Sponsa dormitaverant, validis Andree clamoribus Sponsam advenientem nunciantis, excussæ surrexerint, ornatisque novo reformationis zelo lampadibus suis, quæ circumfusus inobservantiæ tenebris jamjam defecerant, recenti lumine pulchriores cum illo intraverint ad Nuptias. Una tamen ex eis diuturno cujusdam profani viri commercio detinebatur. Sed Andreas hoc vetus, & arctissimum Satanae vinculum forti brachio conterere aggressus est, facto utriusque interdicto, Viro scilicet, ne ad Monasterium, Moniali vero ne ad crates cum alloquendi gratia accederent. Tantus hominis illius nequam exarsit in hominem Dei furor, ut Sicarios, qui Andream, scubi invenissent, perderent, quater immiserit. Horum primos nefarios delusit impetus non eis bene nota Venerandi Viri facies. Secundo loci Sanctitas eos deterruit; nam flexis genibus orantem in Templo Andream invenerunt. Tertio impium facinus aggressi, leve in ejus facie, vulnus infllexerunt. Quarto demum gemina in vultu plaga pariter illata, pessime habitum reliquerunt, nam alterum ex vulneribus profundius adactum, dissecta insigniori Arteria, aut proximam ei mortem allatorum, aut, si medicas unquam manus admisset, maximum, perpetuumque deformitatis vestigium ejus in vultu relicturum existimabatur. Ipse quidem ore impavido vulnera sustinuit, & felix cruor ille, qui pro gloria Dei ex vulneribus, velut e gemino Charitatis fonte, in Æternitatis coronam saliebat, non doloris gemitus, non vulnerantium contumeliam, sed vulnerati constantiam, Divinæque laudes generosè murmurabat. Ut autem per levamen, & auxilium in Terris sibi prepararet triumphum, quem tunc proxime spectaturum sperabat in Cælis, ad cœnobium S. Pau-

li Theatinorum dictæ Civitatis se protinus afferri proposuit, ut ibi a præfato Joanne Marinonio idem cœnobium tunc gubernante, qui eum ad cursum animavit, ad coronam quoque Martyrum pompa redimitus adduceretur. Verumtamen, Deo sic disponente, ad majora sibi differitur triumphus, & ne vulnere imago triumphi merita repesceret, ita convaluit, ut nullum cicatricis vestigium, nisi de proximo, & diligentius intuenti, apparuerit.

Data, & im-
perata venia
Percussoribus
(prout alias
egerat) Con-
gregationem
Theatinorum
ingreditur.

§.6. Decumbentis itaque Andree virtus juxta Patrum Theatinorum virtutem posita, illorumque suavibus, ac piis sermonibus inflammata, postquam percussoribus suis hilari animo ignoverat, & tunc existentem Pro Regem, etiam adhibita amicorum opera pro reis rogaverat, quod grande hujus Christianæ mansuetudinis exemplum erga cujusdam ejus Nepotis interfectorum etiam mirifice jam antea exhibuerat, divinis succensa flammis, eorumdem Patrum virtuti, quorum laudabilem vivendi rationem, & suis consonam desideris probaverat, perpetuo confors efficitur, & per mutuum utriusque virtutis consortium gemmeus ille componitur meritum nexus, quo Andree nomen Congregationi, & Congregatio Andree nomini addicta, perpetuum, & commendabilem sibi invicem mutuatur in Domino decorem.

In Tyrocinio
exemplar car-
teris Tyro-
nibus, humili-
tatis, & chari-
tatis addictis-
mus.

§.7. Anno igitur Domini MDLVI. ætatis suæ XXXV. Clericis Regularibus præfatis adscriptus, fortitiusque in ejus Regulari Tyrocinio Præceptorem illum, quem in Seculo providum ejus conscientie sibi Moderatorem elegerat, præfatum nempe Joannem Marinonium, quo duce præcipua Religiosæ vitæ præcepta celeri pede discurrens, ceteros in se erudit, normaque ejus Tyrocini immensum habuit consummatæ virtutis exemplum. Nihil habuit humilitatis præstantius, nihilque amabilius: hac enim virtutum omnium custode in exercendis vilioribus ministeriis ita hominibus, Deoque gratum, ac satis superque, juxta laudabilia Regularium Instituta, probatum se exhibuit, ut jussus operam suam cuidam seni infirmo continua, ob morbi violentiam, phrenesi laboranti impendere, illam ab Officiis contemptibilibus, & nauseam moventibus minime abhorrens, sedulo, summoque charitatis affectu exhibuerit. Quin, vi morbi ægrum aliquando acrius agitante, pugnis, colaphisque Andreas plectebatur, at ille furentes ictus amabili prosequeretur amplexu, & quo seivior dementis furor, eo ardentius Andree charitas æstuat, nec antea etiam per biennium post emissam Professionem tantæ Pietatis officium dimisit, quam æger e vita discesserit.

Professione
emissa ad Ur-
bem loca sa-
cra veneran-
tus accedit.

§.8. Peracto Regularis probationis curriculo, gloriosis Dei militis præcinctus insigniis, Romam Superiorum permisso loca Sacra veneraturus accessit, ibique Martyrum Sepulchra uberibus lacrymis detergens, nova sibi procurabat incendia charitatis; adeo ut pretiosæ illæ nostræ mortalitatis exuvie, dum fervida sentiunt amoris suspiria, læte exultaverint in Domino, vitalique spiritu frigidi cineres propemodum afflati in amplexum Sanctissimi Viri exilire viderentur. Quapropter ipse tantæ exultationis gloriam debita pensans meditatione, sanctæque æmulationis impetu permotus, spiritum, vitamque suam, ni sanguine, lacrymis saltem in Orthodoxæ Fidei obsequium jugiter adeo profundebat, ut ubi

res

res fletus prope Martyrum cineres defluentes dulcem concupitæ Passionis dolorem avido cordi resonarent, mentemque fallerent errore gratissimo.

Neapoli Ty-
ronibus præ-
ficitur, eoque
ad orationis
præferim flu-
dium excitat.

§.9. Diebus quinque supra triginta in Urbe moratus, Neapolim rediit, ubi Tyronum Præfaturæ adscitus, summum cujuslibet religiosæ rei bonum e recta Tyronum educatione originem trahere prudenti consilio existimans, ita in id negotii sedulo incubuit, ut pia Sanctarum virtutum lineamenta, quæ in Magistro elucebant, in Novitiorum animis perfecte duxerit, eosque præsertim ad orationis studium excitavit. Animarum enim cibum orationem esse asserbat, & Religiosum illum, qui ab hujusmodi consuetudine se arcebat, non solidam, sed hebetem veræ Pietatis substantiam Animæ suæ præbere, Religiosique convivio indignum esse putabat.

Insignem Do-
ctorem in Or-
dine admissi
ad humilia-
tem omnino
amplectendâ
adducit.

§.10. Quamplures extant celebres hujusmodi Institutionum memoriæ, quibus formati Tyrones, deposita prævi gustus titillatione, ad salubres Æternitatis escas suam acuerunt cupiditatem. Inter hos Nicolaus Zecchius insignis humanarum Literarum Doctor, Legumque Interpres, qui prope sexagenarius in præfatorum Clericorum Regularium Ordinem admissus, deposita Fori Toga, nondum totum illud mundani rumoris, qui a Sæculi Doctrina, illiusque plaudente clamore exurgere, animoque inhaerere solet, deposuisse videbatur. Andreas provide animadvertens, quod Regularis Tunica, quam Nicolaus sumperat, rerum humanarum contemptum plene non probabat, quodque habitus distorti sermoni repugnabat, perfectæ humilitatis disciplinam ita Nicolao amplectendam proposuit, ut tutum se illius studio committens, non amplius elate sapere visus fuerit, sed de Mundo viliter, & de humillime sentiens, sublimem virtutum omnium lauream, humilitate magistræ, assequi contenderit.

Domus San-
cti Pauli præ-
positus eligi-
tur.

§.11. Theatina Familia tanto Prudentiæ lumine illustrata de abscondito Tyrocini angulo ad universæ suæ domus Sancti Pauli per eum gubernandæ regimen lumen illud evehit, ut per ejus virtutis operam non solum oriens, verum etiam adulta Regularis ætas in præfata domo degens uberes afferret Altissimo fructus. Andreas itaque Præpositi munere decoratus, veluti lucerna supra candelabrum posita, suos undique effundebat radios, quibus vigilantia, oratio, sanctarum rerum sollicitudo, concordia, Rituum observantia, & silentium non otiosæ noctis etiam quietem operosæ diei lucem sentiebant, & quos vigil Præful vigiles cernebat laborare, sui præsentia fovebat exempli. Pigros vero, & dormitantes censure premebat acumine.

Ministrando
Pœnitentiæ
Sacramento se-
dulo incum-
bit, & diffi-
cultates om-
nes contemnit
pro animarum
solatio.

§.12. Hoc autem charitatis jubar, quod suis domi, alienæ quoque effundebat utilitati. Ad ministrandum enim Pœnitentiæ Sacramentum Superiorum auctoritate designatus, non Tyrocini, non Magisterii, non Præfaturæ sollicitudines illum unquam detinuerunt, quin Confessarii munus ipsum fideliter, patienterque exqueretur. His postmodum expeditis curis totum se piissimo labori alacer mancipavit, & vigilantissimum animarum salutis opifex, Divinique Amoris propagator aspera cuncta in hujusmodi Officio obeundo constanti animo sustinuit. Non Personarum conditio, non incom-

moda, non itinerum difficultates, non hyemis rigor, non æstivi Cæli fervor, non pluvie notætes, non locorum pericula, nec demum humana quæque mundi dictamina, Andree extinguere potuerunt charitatem, imo, irruente aliquo ex impedimentis hujusmodi, magis magisque acuebantur charitatis flammæ, & Pœnitentibus majorem rutilabant in lucem, ac ita spiritali omnium utilitati, & necessitati expositus nullum sibi tempus certum esse voluit, in quo suæ quoque consuleret valetudini. Nam dilapsis sibi in scrotum intestinis, dolor ipse incredibilis, quo aliquando torquebatur, non ei impedimento fuit, qui leni vultu, paternoque amore ad se venientes exciperet, omnibus ad omnia factus ut animas Christo lucrificaret, quapropter totius Civitatis Neapolitanæ Animarum Moderator, & Magister nuncupari promeruit.

Proprie vo-
luntatis abne-
gationem, &
progressus in
perfectionibus
jurjuranda
devovet.

§.13. Huic itaque intentus lucro animas, quas cæcus Mundi furor perdiderat, ad cœlestem revocavit lucem, quas vero Dei lumen irradiabat, ut tutiores in viam Domini dirigerent gressus, & de virtute in virtutem perfectius ascenderent, per solidam, qua præditus erat, spirituum discretionem certo tramite deducebat, & ut Discipuli in Magistro dignum, semperque novum addicerent Christianæ disciplinæ rudimentum, propriæ voluntati se nunquam obtemperatum, nullamque diem sine novo perfectionis calculo se numeraturum sacro jurjurando spondidit, ac tam grande Sacramentum ad exempli virtutem, ad Discipulorum institutionem, ad laudem, Deique gloriam, cui soli omnia dirigebat, constanter, perfecteque adimplevit.

Mediolanum
mittitur ad e-
rigendam ibi
Domum, &
est: consilio
non semel us-
tur B. Caro-
lus Borrome-
us.

§.14. Bonus tantarum virtutum odor, qui ex Andree operibus erumpebat, undique jam totam Divi Pauli Domum, universamque Urbem Neapolitanam, & proximas illi Regiones repleverat, cum Beatus Carolus Borromeus Ecclesiæ Mediolanensis tunc Antistes, qui alias & tempore Pontificatus fel. rec. Pii IV. Prædecessoris nostri Romæ degens usu compererat, quam uberes in vinea Domini Congregatio præfatorum Clericorum recta vivendi, bonique exempli ratione fructus afferret, ut Mediolani ejusdem Congregationis Domus institueretur, avide exoptavit in Domino. Quapropter præfate Congregationis Comitibus generalibus Anno Domini MDLXX. celebratis, ad tam pium Beati Caroli votum explendum nonnulli ex Clericis præfatis, inter quos Andreas Vicarii titulo insignitus, mittuntur, summaque humanitate, ac veneratione excipiuntur a Mediolanensibus. Tum Beatus Carolus Andree virtutibus æqualance pensatis, illarumque pondere comperito, non audiendis dumtaxat Confessionibus, ceterisque hujusmodi piis exercitationibus Andream addixit, verum etiam in arduis quibusque amplissimæ Diocesis negociis illius non semel usus fuit consilio, a cujus nitore lux illa in hujusmodi negociis oriebatur, quæ Dei gloriam rutilabat.

Placentiam
petit novam
excitaturus
Domum. Et
Domum inti-
tuit pro mi-
litaribus, quæ
ad Deum con-
vertuntur.

§.15. Nondum maturaverat annus, quo Congregatio præfata Mediolani primam fixerat sedem, cum Andreas, ægre id nimis ferente Beato Carolo, jussus Placentiam, inibi novam Congregationis præfate Domum excitaturus petiit. Placentinæ Ecclesiæ tunc præerat Paulus de Aretio ejusdem Congregationis olim Profes-

R r 2

sus,